



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Hiob**

**Brenz, Johannes**

**Haganoæ**

**VD16 B 3079**

Cap. X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36516**

et mediator, inter nos et Deū, Iesus Christus, mundi propitiatio, quē si habueris et fide possederis, perumpes et mortem et infernū, quod si uero ablatum fuerit, nec minimum digiti dolorem patienter feres.

**AUFERAT A ME VIRGAM SVAM.**

Id est, nunc quidem facile supprimor, quando Deus iudicio, et uirga indignationis suae, me cōprehenderit: sed age, auferat à me indignationē suam, ut non formidem eius iudiciū, tunc et ego recta loquar, patiens ero, et in conspectu eius constabo, in tantis enim doloribus, quā possem uel recta loqui? uel patienter consistere? uerē, sed tamen indignanter et impatienter. Iob loquitur: iram enim Domini, nemo ferre potest, sed si irā abstulerit, et fauore nos respiciat, tunc constamus aduersus mortem, peccatū et infernū: deprecanda est igitur ira Dei, cum Dauide: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

## CAP. X.

**A** Bominatur anima mea, uitam meam, fortificabo de me querelam meam loquar de amaritudine animae meae, Dicam ad Deū, nō condemnes me in iudicio, dica mihi, propter quid cōtendas mecum?



ANNOT. IN HIOB

Placet ne tibi, ut calumniaris, & reprobes laborem manuum tuarum, & consilium impiorum clarifices?

Nunquid oculi carnei tibi sunt, an sicut uidet homo, tu uides?

An sicut dies hominis, dies tui? an tui anni sunt, sicut dies uiri?

Quod quæras iniquitatem meam, & peccatum meum inuestiges.

Vt scias tu, qd' nō impius sim, quā nemo sit, qui possit (me) de manu tua eripere.

ABOMINATUR ANIMA &c.

Consydera obsecro, quanta sit rerum humanarum uicissitudo, immō quā graue sit iudiciū Dei: ille enim Hiob, qui quondam omnium orientalium ditissimus & honoratissimus erat, adde, qui non habeat similem in uniuersa terra, nunc uastidit suam ipsius uitam, & dies suos abominatur. Disce igitur ex hoc loco, omnia etiam alioqui iucunda nobis, sine Deo fauore, molesta & amara esse, ut & uita optabilis, ac iucunda est, sed tantisper, dum habeat Dominum fauore suo presentem, quo recedente, & iram intentante, nihil unquam uita amarior contingere posset: qua amaritudine etiam Ethnici moti, dixerunt: optimum est, non nasci, proximum autem, si natus fueris, quā primum mori.

Omnia amara erunt absq; Domino.

ri. in ti  
ipsum  
FC  
LAM  
reliqua  
seruati  
to, si  
D  
DEM  
cordis  
gere ad  
tur, per  
postulat  
rum &  
ratione  
gatur, i  
contena  
sus me c  
malefac  
ta est, r  
res sed si  
in Dom  
ratione  
stulat,  
proinde  
ritur, c  
ri. li



vi. In timore igitur Domini, ambulandum est, ne se  
ipsum subtrahendo, omnia nobis bona subtrahat.

FORTIFICABO DE ME QUERE-  
LAM. Nam, ut supra testatus est Hiob, hanc solam  
reliquam habet consolationem, ut cōqueratur, ut mi-  
seriarum suarum catalogū recitet: misera certe cōdi-  
tio, si non alia, præter querelam, consolatio supersit.

DICAM AD DEVM, NON CON-  
DEMNES, &c. In Hiob, impij & condemnati  
cordis curiositas, planè adumbratur, nam quum effu-  
gere afflictionem non possit, & iudicio graui prema-  
tur, uertit se ad Deū, iudicij causam importunissime  
postulando, quasi uero Deus, qui est iustissimus, uiuo-  
rum & mortuorum iudex, sententiæ suæ & operum  
rationem, homini, creaturæ deploratissimæ, dare co-  
gatur, sic enim ait Hiob: indica mihi, quare mecum  
contendas, quare me tanto iudicio premas, nolo pro-  
sus me condemnes, nisi prius indicaueris rationem, et impie postula  
malefactum, quare condemnandus sim: an non impie tur ratio à  
tate est, rationem facti, à Deo tanquam iniusto, postula Deo operū  
res: sed sic adficitur cor à Domino derelictū, pius enim suorum  
in Domino constans, etiamsi prima facie, operū Dei  
rationem non intelligat, non tamen infideliter expo-  
stulat, nec hostiliter insultat, sed reuerenter quærit Pia inquisitio  
promde quod quæritur, inuenitur, ut Psalm. 72. que inuenit quod  
uult, cur impij in labore hominum non sint, & cum quærit.



ANNO. IN HIOB

hominibus non flagellentur, cum interim pii, pestime  
 adfligantur? Quod igitur reuerenter quæsum est,  
 aperte reuelatur, sic enim ait: Deiecisti impios, dum  
 alleuarentur, facti sunt in desolationem, subito defre-  
 cerunt. Similiter & Hier. cap. 12. pie quærit, quan-  
 uia impiorū prosperetur, bene sit omnibus qui pra-  
 ricantur &c. Iam quod pie quæsiuerat, prompte in-  
 uenit, sequitur enim: Congrega eos quasi gregē ad  
 uictimam, & sanctifica eos in diē occisionis, hoc est,  
 impij saginantur, ad futurū iudicium. Sic & Habacu-  
 querit: Quare respicis contemptores, & taces, con-  
 culcante impio, iustiozem se, et reperit quod uolebat:  
 nam additur postea: quia tu ò Nebucadnezar, spolia-  
 sti gentes multas, spoliabunt te omnes, id est, hac ra-  
 tione, Deus impios sinit eleuari, ut profundius deijcia-  
 at. Contra uero Hiob, ut non reuerenti pietate adflig-  
 tionū suarum rationem, quærit, sed potius indignan-  
 ter ex postulat, ita sine responsione relinquitur: pro-  
 inde, uertit se ad blasphemias, ut sequitur.

PLACET NE TIBI VT CALUM-  
 NIERIS. Id est, Hoccine diuine iusticie opus  
 est, calumniari infontem, & citra causam, è sola au-  
 mi libidine, innocentem opprimere? hec ne diuine  
 iusticie conueniunt, quod tam crudeliter & hostili-  
 ter disperdat me, non ex arbore aut saxo natū, sed qui-  
 sim opus manuum eius? nam uix, inter homines, artia  
 fra



rex tam importunus inuenitur, qui tanta crudelitate  
 suam ipsius opus, quantumuis abiectum, tractet: et  
 tu me, multis creaturis, nobiliorem tam inimiciter cō  
 demnas: nunquam uero existimauero, quod scribitur,  
 te esse, Deum iudicium et iusticiam facientem, quan  
 do nihil minus quàm iustus iudex uidearis.

ET CONSILIVM IMPIORVM CLA  
 RIFICES. Psalm. 2. dicitur: Non Deus, uolens inī  
 quitatem tu es, neq; habitabit iuxta te malignus. Et  
 rursus alibi: Quàm bonus Deus Israël, his qui recti  
 sunt corde. Similiter in lege dicitur: Deus zelotes, uī  
 suus iniquitatem patrum in filios, et faciens miseri  
 cordiam, custodientibus mandata eius: sed in rebus  
 humanis, longe aliter adcidit, quàm his sententijs de  
 cernatur: iustus enim, ut Ecclesiastes ait, in sua iusti  
 cia perit: Et ipius in sua malicia, multo uiuit tēpore,  
 ut uideatur, Deus non odiens, sed uolens iniquitatē,  
 et non diligens, sed spernens iusticiam: unde et im  
 pijs, usq; adeo indurantur et excæcantur, ut credant,  
 sese in impietate sua, iustam habere causam, pios ue  
 ro iniustam, propterea, quod hi adfligantur, ipsis in  
 terim bene uiuentibus. Itaq; Hiob exprobrat Domino  
 crudelitatem, ne dicam iniusticiam, quod adfligendo  
 sepiū et iustum, impiorum amicorū opinionem pro  
 moueat, et sententiam eorum, tanquam uerissimam  
 confirmet, augendo subinde adflictiones. q. d. Quis



ANNO T IN HIOB

crediderit, te iustum esse Deum, quod reprobando ē  
abijctendo pios, à parte impiorum stes: diceris quidi  
iustorum adiutor, & iniquorum cōdemnator, sed ubi  
manet nunc rectum tuum iudiciū, quo fontes plectis,  
& iusticia, qua insontes absoluis? Porro, non est mi  
nimum in rebus humanis, offendiculum, quod diuer  
sus accidat pijs & impijs, quàm Verbum Domini  
pronunciat. Sed hoc scandalum fide retundendū est,  
qua agnoscimus impios eleuari, & pios opprimi, ut  
hi altius erigantur, & illi crudelius opprimantur.

NUNQVID OCULI CARNEI TIBI  
SVNT. Alio argumento à tortura ducto, probat  
Hio b crudelitatem Dei. Quid est, inquiens, quod hu  
mano more me iudices, & tam solcite, tamq; ad cura  
te, omnia intra me explores, sicubi inueneris in me  
impietatem, an ad iudicium tuū, eges testibus, explo  
ratione, questione aut tortura, ut homines: nam cum  
hoies carneos oculos habeant, nec mentē introspicere  
queant ut recte iudicent, testibus, aut si his carent, tor  
tura, causam explorant. Deus quum sit spiritualibus  
oculis præditus, renū & cordium probator, nihil isti  
usmodi rerum eget. Expostulat igitur cor, in manibus  
suis, & iudicio Dei, relictum, cum Domino, cur sic ut  
homo, singula ueluti questionibus exploret? Videtur  
enim hoc stultum aut iniustum esse, quum antea non  
rit, quid & quales intus, & in cute simus. Quemada  
modum



modum iudex huius seculi, iniuste ageret, si quæstio- Cur dominus  
nibus, exploraret latronis homicidium, cuius antea iudicaturus  
consciuss esset. Videmus & aliàs, Dominum diligen- ante exploret  
tem causse exploratorem esse, priusquam iudicet, quã  
quã omnium rerum antea gnarus sit, ut Gen. 3. quæ  
rit: Adam ubi es? nonne comedisti de ligno &c. &  
11. Descendit Dominus ut uideret ciuitatem &c. Si-  
mulier de Sodomitis: Descendam, ait & uidebo, utrũ  
elamõre opere cõpleuerint, qui uenit ad me. Quarũ  
rerum omnium, ante conscius erat: cur igitur explora-  
uit iustus, sapiens, & omniscius est. Proinde, non sua  
caussa, factum explorat sed nostra, ut discamus, non iudicium do-  
precipitater iudicare, nisi singula penitissime disqui- mini ducit in  
suerimus. In Hiob autem, ideo pro hominum more, cognitionem  
omnia explorat, ut reddat eum sibi ipsi cognitum: & sui-  
ut per eum omnes homines discant, quanta sit iudicij  
diuini grauitas. Non enim solum facta, sed & cogi-  
tationes ac concupiscentias: nec concupiscentias so-  
lum, sed & minima oris uerba, iudicat, iuxta illud le-  
gis: Non concupiscas, & in Euangelio: De omni uer-  
bo ocioso, reddenda est ratio.

## AN SICVT DIES HOMINIS DIES.

Id est, an mutabilis es, ut homines mutantur, nũc  
ignorantes, paulo post scientes? quasi uero, nõ omnia  
scres, & interim mutareris: omnes, inquit, Psal. ue-  
lut uestimentum ueterascent, tu idem ipse permanes.



ANNO T. IN HIOB

CVM NEMO SIT QUI POSSIT DE  
MANU &c. Id est, quid est, quod tam crudeli to-  
tura peccatum meum explores? en habes me uictum  
quando tu omnium mearum rerum, tam ante conscius fu-  
ris, et nemo sit te fortior, qui possit me de manu tua  
eripere. Quid igitur times, ne quid coram te abscon-  
dam, aut ne quo effugiam, coram Deo, cordium &  
renum scrutatore? celare nihil possum, & e manibus  
eius, qui est omnia in omnibus, omnia adimplens, esse  
fugere non licet. Proinde superuacaneum, ne dicam  
iniustum uidetur, quod tantis torturis me adfugas.

Manus tuæ formauerunt me, & fece-  
runt me, & totum undique me deuoras.

Memento obsecro, quod ex luto fece-  
ris me, & ad puluerem reduces me.

Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut ca-  
seum coagulasti me.

Pelle & carne uestiisti me, ossibus &  
neruis cōpegisti me, uitam & beneficiū  
fecisti mecum, & uisitatio tua custodit spi-  
ritum meum.

Et (licet) abscondas hæc in corde tuo,  
noui (tamen) quod memineris.

DIVERSA LECTIO.

Vbi uetus tractatio misericordiam legit, Hebræi  
habet



habet **MANVS** quod proprie significat beneficium ex misericordia & pietate donatum.

**MANVS TVAE FORMA VERVNT.**

Antibesi quaedam probat Hiob, nimiam Dei crudelitatem, confert enim priora beneficia, beneuolenter à Domino præstita, cum præfenti adflictione, dicens, an ne perdis opus manuum tuarum? cur igitur me feci? formasti me manibus tuis: nunc autem, ecce, totum me, undeque consumis & deuoras, si non aliter me tradere uoluisses, optimum fuisset, non nasci. Animaduerte autem hoc loco, fidem Hiobis, etiam in medio malicio, caput suum exerere, ut enim Christus Dominus noster, in medium infernum coniectus, clamat se derelictum, interim tamen confitens Deum suum esse, ait enim **DEVS MEVS**, Vt quid me dereliquisti, et tu es qui extraxisti me de uentre, spes mea ab uberibus matris, in te proiectus sum ex utero. Ita Hiob omnibus malis obrutus, admirans qui possit Deus ante tam liberalis, nunc tam crudelis iudex esse: priora beneficia quæ nondum nato, & iam adulto, à Domino conseruauerunt, spiritu fidei recenset, nisi enim fidei scintilla in eo relictæ esset, non potuisset, quæ enumerat beneficia agnoscere, neque enim nouit impius se à manu dei factum, se ex luto creatum, & in puluerem (nisi quantum re ipsa sentiat) reuersum, nescit quàm mirabili opere, ossa & membra, in matris utero, compingantur.

Priora beneficia fidem sustinent, ne labatur in adflictionibus.



ANNOT. IN HIOB

eur? uidet quidem pellem, carnem, ossa, neruos, uita  
 aliaq; corporis beneficia, sed unde sint, ignorat. Pro  
 inde, cū sine fide, sine VERBO, hanc beneficiorū  
 nubem possideat, nihil prorsum proderunt, uel si fecerit  
 centies maiora sint, quā pius quispiam possideat.  
 Porro, Verbum, ē cuius fide, corporalia beneficia pos  
 sidentur: habes Gen. 1. Faciamus hominem ad imagi  
 nem & similitudinem nostram: crescite & multiplicamini.  
 Quod VERBUM, si quis crediderit, uidet  
 se à manu Dei formatū, uidet se à manu Dei, pelle &  
 carne circumdatū, ossibus & neruis compactum, ui  
 det uitam, & alia beneficia corporalia, ē manu Dei  
 donata esse. Rursus, ex Verbo quod est Gen. 3. Puluis  
 es, & in puluerem reuerteris, sentit spiritus fidei, ho  
 minis cū de uia & abiectionem, quantumcūq; ex be  
 neficijs ante recensitis, homo, ad contemplandā Dei  
 beneficentiam, eleuatur, & ea in aduersis confidit,  
 tantum ex hoc uerbo rursus deijcitur, & ne aliū de se  
 ipso sentiat, humiliatur, ut planè mortale hoc cora  
 pus, nunc pio nō fiat moles, sed cōmodus præceptor,  
 qui primo doceat liberalitatem Dei, dein humilitatē  
 nostri, ut sciamus, quā egregie numificus sit Deus,  
 & quā extreme nos abiecti simus. Porro, in hæc Dei  
 beneficia, ratio hominis, oculorum suorū aciem diri  
 gere non potest, in solam enim naturam respicit: nam  
 quum animaduertat natura, sic in omnibus hominibus

Ex infirmitate  
 te carnis no  
 stræ, discenda  
 humilitas.

Quod uerbum  
 si quis crediderit,  
 uidet se à manu  
 Dei formatū,  
 uidet se à manu  
 Dei, pelle &  
 carne circumdatū,  
 ossibus & neruis  
 compactum, uidet  
 uitam, & alia  
 beneficia corporalia,  
 ē manu Dei  
 donata esse.

bus fieri,  
 matris, se  
 rum, tan  
 per Verbu  
 queq; car  
 est omnia  
 nihil aliud  
 minus pr  
 dicit her  
 quid terra  
 hoc ORD  
 lem, ut na  
 ME ME  
 Quod  
 the forma  
 per parte  
 he me m  
 tanta mlt  
 ram poen  
 ri, ubi s  
 ET A  
 Hoc e  
 nere affi  
 pulvere s  
 NON N  
 Descr



bus fieri, qđ principio semen sint, dein quod in utero  
matris, semen in hominis formã transeat, naturæ re-  
rum, tanquã causse & authori adscribit: nos aliter,  
per Verbum Domini eruditi sumus, nō enim à nobis  
quicq̃ causse, rerum naturæ, sed Domino nostro, qui  
est omnia in omnibus, adscribendū est, quando natura  
nihil aliud sit, quã diuinorū operū ORDO, quē Do-  
minus pro sua uolūtate uertit & reuertit. Vt Deus p  
ducit herbas, producit triticū: qđ igitur agit agricola,  
quid terra, quid sol? Deus solus omnia operatur, sed  
hoc ORDINE, hoc est, per agricolã, per terram & so-  
lem, ut natura operis, non caussa, sed ORDO sit. *Quid natura*

MEMENTO OBSECO QVOD EX-

Quod ante summam & generatim dixit: manus  
tuæ firmauerunt me, nunc ad locupletandã orationē,  
per partes diducit, dicens: ex luto me creasti, quasi  
lac me mulsisti, pelle & carne uestisti me. Iam, cum  
tamta mihi beneficia præstiteris, cur te nunc beneficio  
tuo poenitet? munificus eras, nunc longe alius adpa-  
res, ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ?

ET AD PVLVEREM DEDVCES ME.

Hoc est, quid est, quod me miserū, nouo miseræ ge-  
nere affligas? quasi uero non antea calamitosus sim, &  
pulvere scilicet factus, & in pulcrem reuersurus?

NONNE SICVT LAC MVL SISTI ME.

Descriptio carnalis generationis hominis, nam se-



ANNOT. IN HIOB

men humanū, authore Aristotele, de generatione et  
malium lib. 2. cap. 2. crassum est & album sicut lac.  
præterea in utero matris, mirabiliter in membra co-  
poris cōstituitur: uide Aristotelē lib. eodem cap.

VISITATIO TUA CVSTODIT SPIRITUM.  
Id est, uitam meam sustentas, non modo enim  
per te initio uitam adcepi, sed nunc etiam tua uirtute  
in eadem conseruor: nam per Verbum, quo crea-  
mur, creati etiam conseruamur: per ipsum, aut Pa-  
ter, uiuimus, mouemur & sumus, huius progenies  
sumus: & Christus: Pater meus, inquit, usq; hodie  
operatur, & ego operor.

ET (LICET) HAEC ABSCONDAS IN  
CORDE. Id est quanq̄ uidearis nunc me negligere,  
noui tamē quod omnia cures & administres. Vox  
est fidei, quæ perspicacitate sua, usq; ad abscondita  
Dei penetrat: sunt enim opera Dei ab oculis hominū  
planè remota, & ratione inuestigabilia: derelinq;,  
& nō discedit, negligit, & eo ipso curat, obliuiscitur  
& tamē meminit, mortificat, & tamē uiuificat. Pro-  
inde, fide opus erit, quæ sub derelictione, mansione,  
sub neglectu, curam: sub obliuione, memoriam, sub  
mortificatione, uiuificatione cōprehēdat. Porro, tūc  
dicitur Deus, se abscondere, aut nostri obliuiscet, quā  
nos in afflictiones, iudicia, mortem, adeoq; infernū  
cōijcit, ac nullū bonitatis suæ et misericordiæ sensum  
reliquerit

Mirabilia ope-  
ra Dei.

Deus abscon-  
dit se à nobis.



reliquerit, quod & alibi spiritus dormire uocat, Psa<sup>73</sup>  
 42. Exurge, quare obdormis Domine? quid? dormit  
 ne Deus? non, sed nobis dormire uidetur, dum sine  
 nos in tribulationes collabi, spiritus aut sub hoc som  
 no, Dei uigilantiā uidet. Proin, ipse potius assurgit,  
 ad precandum Deum, ut uigilantiā suam manifesto  
 auxilio declarat, quanq̄ enim Dominus semper uigi  
 let, non tamen semper uigiliam declarat. Aperte aut  
 hoc loco demonstratur, Hiobem non ita à Domino de  
 relictum, & in iudicium coniectum, ut in aeternum  
 periret, sed ut Deus glorificetur, dum omnis homo  
 quantumuis iustus, mendax adparuerit.

Etiam si peccaueram custodiuiſti me  
 & (tamen) ab iniquitate mea, non finis  
 me esse mundum.

Si impie egi, ue mihi, sin iustus fui,  
 nō leuare audeo caput meū, impletus de  
 spectione, & uidens afflictionem meam.

Et sicut intumescit leo, uenaris me, &  
 conuersus, mirabiliter agis mecum.

Renouas testes tuos contra me, & mul  
 tiplicas indignationē tuā aduersum me,  
 cōmutationes & exercitum contra me.

ETIAM SI PECCAVERAM &c.

Antea exprobrauerat Hiob, Domino crudelitātē.



ANNOT. IN HIOB

ex antithesi beneficiorū corporalium, nūc exprobat  
 ei, non tam crudelitātē, quā inconstantiam, à ben-  
 ecijs spiritualibus: nam peccantē custodire, ne in  
 catis pereat, & peccata remittere hoc demū uerū  
 Dei beneficiū est, nunq̄ satis cōmendatum. Itaq̄  
 ante quidē cum peccauerā, custodiisti me miseri-  
 diter, pepercisti mihi, & remisisti impietātē peccati  
 mei, purificās cor meū fide, nunc autē ita me iudicā-  
 adfligis, quasi nunq̄ peccata dimisisses, & quasi  
 quā per fidem iustificatus essem, qui ergo cōuenit,  
 misericordiæ & iusticiæ tuæ, ut remittas peccata, &  
 dem grauissime adfligas? Sed quare Deus post iusti-  
 cationem fidei, crucifigat pios, aliās dictū est, non  
 punit impietātē, iam fide absorptā, sed partim, ut fi-  
 des probetur: partim, ut homo seipsum ex afflictio-  
 ne agnoscere discat: partim, ut Deus glorificetur.

SI IMPIE EGI, VAE MIHI &c.

Argumentum κέρά τινος, quod utroq̄; cornu pre-  
 mit: siue, inquit, pius siue impius fuero, parum mihi  
 in iudicio profuerit: si enim impius fuero, ex lege &  
 sententia Domini, iam dudum lata, maledictus sum:  
 ita enim scribitur, maledictus qui non permanserit in  
 omnibus uerbis legis huius &c. si uero iustus fuero,  
 non licebit mihi iusticia consistere, nec de ea gloriari:  
 tantis enim maledictionibus afficior, & tanta abiectione  
 conculcor, ut etiamsi iusticiam quandam possideam



am, ea tamen fidere non possim, uides in iudicio Domini, omnia desperatissima esse.

SICUT INTVMESCIT LEO.

Leonem scribit Plinius, eius nobilitatis esse, quod quilibet magna canum, & uenantium ui urgente, non petat uirgulta aut syluas, sed in apertos campos cecidit, ueluti absconsionem, turpitudinem deputans: preterea, quod spernens tela, diu se solo terrore tueri cogitur; non tanquam periculo coactus, sed tanquam amentia iratus. Huic leonis terrori, Hiob furor Domini comparat, propterea quod sentiat eum nullare posse auerti, sed semper aperto Marte, se aggredi, subinde magis atque magis iram colligens, & quemadmodum leo a uenaticis canibus impetitus, conuersus in eos, atrociter ferocit: ita Dominus in Hiobem conuersus mirabiliter eum tractat, retractat, uoluit, reuoluit, ut nulla sit reliqua effugij spes.

RENOVAS TESTES TVOS.

Testes, commutationes & exercitus sunt, uel ad afflictiones nouiter subinde oriētes, uel omnes creature que in iudicio nos unā cum Domino aduersant, & contra nos testificantur: nam ut febricitanti omnia, quae aut dulcia, amara sunt: sic condemnato, omnia, quae aut iuuentia, contrarij testes uidentur: oēs enim creature ab affectu Domini iudicatis & affligētis pendēt, ita fit, ut semp noue afflictiones ingrauescāt, nec unquam respiratio contingat.

Si deus aduersariis omnes creature aduersantur.



ANNOT. IN HIOB

Quare de uulua eduxisti me (utinam  
Periissem, & oculus non uidisset me.

Quasi non fuisssem, essem, de uentre  
ad sepulchrum abductus.

Nunq̄ ne paucitas dier̄ meor̄ cessabit  
depones a me ut corroborem paululum.

Priusquam abeam, & non reuertar, ad  
terram tenebrarum & umbrositatis.

Ad terram caliginosam, quasi caligo  
umbrosa, ubi nulli ordines, & ubi claritas  
sicut caligo.

QVARE DE VVLVA EDVXISTI ME

*Per fidē recte  
utimur crea-  
turis.*

Donum Dei eximium est, uita naturalis, sed ut alijs  
donis, ita & illo abutuntur, quot quot eā citra Verbum  
et citra Deū possident. Gentes Verbo carent, p̄inde  
uitam & sine fide possident, et sine fide administrāt,  
cōiecti uero in iudiciū, carēt deo, sentiētes potius irā,  
quā munificētiā Dei: proinde possident bona, pro  
ratione iræ hoc est, impatienter, indignabūde et bla-  
sphemeranter, ut in Hiob uides, quare, inquit, natus  
sum, cur in hanc lucē prodij? malle me subito de ma-  
tris uentre, ad sepulchrū delatum esse, ut essem quasi  
nūq̄ fuisssem. Ita & nos communiter dicere solemus:  
optarā me primo balneo, aquis obrutū esse. Idē habet  
supra ca. 3. quare egressus ex utero, nō statim peri-

NVN



## NVNQVAM NE PAUCITAS &amp;c.

Spes in tribu-  
latione erigit  
& tenet.

Afflicto & omni auxilio destituto, omnis mora lon-  
ga est, quare? Dominus est sola spes, & expectatio  
nostra, & mille anni apud eum sunt, ut dies unus: quot  
quot igitur Dominum fide possident, nulla mora et diu-  
turnitate expectant, in tribulatione liberationis tem-  
poris, quando eum possideant, qui est expectatio, & in  
quo nulla est diuturnitas, sed omnia unum momentum.  
Illa operatur pro sua ratione, in credentibus, ut ex-  
pient & momentaneum existiment, quicquid mali in  
fide pertulerint: ablato autem illo, qui est expectatio &  
momentum, non erit, ut grato animo afflictiones suffe-  
ras, unde & Hiob ait, Nunquam cessabit paucitas die-  
rum meorum? id est, cur pauci mei dies, mihi tam diu-  
tarni manent, mallem uel hac hora, mortem oppetere.

## NVNQVAM NE DEPONETVR.

Id est, an nunquam uel paululum cessabit afflictio, ut dicitur  
tertia semel, animo meo ante mortem recrearer? Vide  
quomodo miseram damnatorum desperationem, tam de-  
spicere enim spei sunt, ut praeser desperationem, non po-  
ssident, totam redemptionem, sed duntaxat modicam  
animi resuscillationem, paucis tempore duraturam, quae  
tamen eis non contingit, ut Lucae 16. Diues damnatus

non optat ut liberetur, sed solum, ut Lazarus intingat Siquidem omnia  
extremum digiti in aquam, & refrigeret linguam eius, sunt prorsum  
desperata.



ANNOT. IN HIOB

Ita & Hiob petit, ut saltem pauco tempore ante mortem, liceat sibi ab afflictione liberū esse.

PRIVSQVAM ABEAM ET NON REVERTAR. Id est, si non in totum me liberare uolueris, da saltem ut refociller priusquam moriar. Et est hoc loco egregia mortis descriptio, mors enim prima sua specie, nihil aliud est, quā perpetuus occasus, unde neminem uidemus reuerti. Præterea mortis regio (sic enim mortem describit, quasi corporalis locus esset, ut Poëtæ de Plutōis regiōe fabulati sunt) terra est tenebrarum, umbris impleta: solam caliginem, pro claritate luminis habens, ubi nullus est ordo, sed omnia horrēdis tenebris confusa: nam ut in tenebrosa caligine, nemo nouit quā sit eundum, quā progrediendum, et quocunq; te uerteris, pericula imminēt: ita in morte, nescis ad quem locū progrediaris, in quo cōsistas, proinde, obruit te horror, formido, et desperatio. Adhæc, uidemus mortem, nullum habere ordinem, propterea quod nemini parcat, sed omnes simul in uniuersum rapit, talis adeo est mortis imago quantum ad extremam laruam attinet, et quemadmodum sese desperatis, & à Domino derelictis ingerit. Contra uero per Iesum Christum, Dominum nostrū mors, adeo mortificata est, ut iam non sit perpetuus occasus, sed uitæ ianua: ita enim scribitur, Hose. 13. O mors, ero mors tua, morsus tuus inferne. Præterea

mors



mors antea tenebricosa, nunc per Christum, aut Verbum Dei facta est lucida, et splendida: est enim Christus lux et vita, quem si ad mortē, adtuleris, dispellet omnes mortis tenebras, et uiam illuminat, ut sciamus quā sit eundem. Hinc abiecta desperatiōe, oritur gaudium et exultatio. Habet et mors suum ordinē per Christum: de alteris enim dicitur: mors sanctorum preciosa: de alteris, mors peccatorum pessima.

## CAP. XL

R Espondens Sophar Naamathites, dixit.

Nunquid multis uerbis non respondendum erit? nunquid uir loquax iustificabitur?

Soli tibi homines tacebunt, ut irrideas, & non confundaris?

Dicis, munda est doctrina mea, & purus sum in oculis tuis.

Vtinam quis daret, ut Deus loqueretur, & aperiret labia sua tecum.

Et adnunciaret tibi secreta sapientiæ, quod dupliciter maiora posset intērare, & tūc intelligeres, quod sit tibi Deus, magis propitius, quam iniquitas tua ferat.

N :